



~~11-58.~~

EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

11-58.

SIGNAT. MDLCCCLXIII.


RENVNCIATIONE SOLEMNI
DOCTORVM IVRIS VTRIVSQVE III
PER IVRECONSULTOS
ACADEMIAE LIPSIENSIS
FACTA
ODAE AD SYMPHONIAM
PVLICAE CANENDAE
D. XVII. FEBR. A C. N. CICIDCCLII

L I P S I A E
EX OFFICINA LANGENHEMIA

ASSOCIATION SOLENNI
DOCTORVM IURIS VTRIVSQUE IURIS

PER IVRECONSULTOS

IN ACADEMIA ELECTORALI



ORDINE AB OLYMPIANO

ACTUS

D. X. JAN. 1736. A. G. N. CIVITATIS

L. F. S. I. A. E.

EX OFFICIO PUBLIS





I.

Humani miseram quae generis vicem
Respexisse diu crederis, ac dea
Terris isse etiam, quum rigido pater
Mundi scepra daret Ioui,

Seu tu, cuncta malo mersa cupidine
Veris quod recreet, quod vitio grauem
Cogat sub numeros, quod lacrimas leuet,
Titani genus es probum:

Seu Caeli peperit filia te Ioui
Sidus Iustitiam conspicuum Themis;
Seu Virgo ob meritum vindice Libero
Astris Erigone nites:

* 2

Seu

*Seu magni cerebro tu patris edita
Nullius fueras matris onus, tuis
Nunc armata iuuas artibus agmina
Miles, nunc eadem forum:*

*Humanis facies moribus optima
Olim sparsa tuis fluxit ab arcibus:
Seu, misso potius quidquid habet leui
Fama credulitas vetus,*

*Mortali ratio condita pectore,
Seruans officii cura, boni modus,
Per quam iura vigent, stat decus ac fides,
Donum, diua, venis Dei:*

*Nunc rursus precibus vincitor, ut pios
Caelo lapsa tuis muneribus bees.
Iusti numen ades: fac tacitae procul
Nos fraudis fugiat malum.*





II.

Certa perpetuum sustineant ope
Virtutes reliquas iura: fuget scelus
Examen retinens pectoris Aequitas
Prauo saeva, fouens bonos.

Iniustae meditans frena superbiae
Attollat tenues, ac vetet opprimi,
Ponat se viduo praesidium toro,
Orborum que tegat domos.

Prae cunctis merito primum hominis decus
Artes ingenuas curet, et igneae
Mentis vim stadio currere mobilem
Laetis expediat viis.

*Non turbanda viris otia comparet.
Discendi studium firmet: amabili
Semper, sed misera litterulas vice
Soletur, properans opem.*

*Nudae Pierides semper et horridae
Pleno Barbariem conspiciant sinu
Pulcram, se vacuas, ni simul artium
Lex custos caueat choro.*

*Describat gradibus iura: animus tumens
Cedat, nec meliori eripiat locum:
Sancta, qualis erat temporis aurei,
Reddat cuique suum fide.*





III.

Hic semper populus iustus ut audiat,
Sinceri que tenax moris, et optimo
Felix Rege, memor Palladis artium
Idem Atlantiadae et vagi:

Tum, qua praecipue dulcis eum iuvat
Musa, usquam melior ne sit et aptior
Fatis depositos eripere, ac neci
Dia voce, dabis Deus.

Andinae fidibus proxima fistulae,
Si fas, ut resonet saepe, nec auribus
Non sit quae VenusI vox referat modos,
Seris qua studiis licet.

Urbis

*Vrbis nulla piae moenibus vberem
Prouentum ingenii ducere temperet
Virtus, aut subita laudis amor face,
Qui pulcri studia imperet.*

*Praesertim decoris plurimus exeat
Vindex lege, potens auxilium reis,
Exemplum patriis moribus, ut frequens
Exit foetus apum fauis.*



Ung. VI 58. (1)

ULB Halle

3


002 686 287



56,

VD17
Sep. 2000 Pcl.





29

RENVNCIATIONE SOLEMNI
 DOCTORVM IVRIS VTRIVSQUE IIII
 PER IVRECONSULTOS
 ACADEMIAE LIPSIENSIS
 FACTA
 ODAE AD SYMPHONIAM
 PVBLICE CANENDAE
 D. XVII. FEBR. A C. N. CIOCCCLII

L I P S I A E
 EX OFFICINA LANGENHEMIA

